

ABBATIS PANORMITANI IN SECUNDAM PRIMI DECR.

LIBRI PARTEM

Commentaria pene Diuina, quam plurimum Iurisperitorum
adnotationibus illustrata.

*Et hac omnium postrema Editione ab innumeris propè mendis, quibus undique
scatebant, sic purgata, ut si cum alijs editionibus conferas
nostram proculdubio diligentiam probabis.*

De translatione episcopi. Rub.

Visum est in præcedentibus de quibusdam modis provide-
ndi ecclesijs, Verum quia interdum etiam provide-
ri per viam translationis, ideo post titulos præcedentes
ponit istum. Vel potest aliter continuari. Quia superius di-
ctum fuit de postulatione ante titulum de electione, verum
quia alligati alijs ecclesijs postulandi sunt. sup. de postula-
præla. c. bonæ, & c. fin. & oportet tales transferri ad eccle-
sias, ad quas postulantur, & ideo post titulos præcedentes
ponit istum. Et de hac materia habetur in Decr. 7. quæst. 1.
per totum. & 2. 1. q. 2. per totum. Et no. quod dicit rub. Epi-
scopi, vel electi, quia Episcopus proprie dicitur, qui est cõ-
secratus. Vnde ante consecrationem non appellatur Epi-
scopus, sed electus talis ecclesiæ.

S Y M M A R I V M.

- 1 Papa recipit potestatem immediate a Deo, & materia canonum profect
ex autoritatib. veteris & noui testamenti.
- 2 Expressio proprii nominis in materia concernente dignitatem facit dõ-
positionem realem, & priuilegia concessa prelato acquiruntur di-
gnitati.
- 3 Maiores causæ sunt referendæ ad papam, & que sunt maiores causæ.
- 4 Electus in episcopum, licet confirmatus, non dicitur episcopus ante conse-
crationem, & idem in Archiepiscopo.
- 5 Electus in Archiepiscopum per confirmationem recipit potestatem epi-
scopalia ministrandi.
- 6 Potestas papæ a quo, & potestas imperatoris.
- 7 Quomodo populus statuit contra legem imperialem.
- 8 Episcopus a propria sede expulsus non potest cedere suo episcopatu, &
transire ad alium sine autoritate papæ.
- 9 An electus & confirmatus in Archiepiscopum, & nondum consecratus
possit confirmare episcopos, beneficia conferre, iurisdictionalia exerce-
re, & de criminalibus cognoscere.
- 10 An possit ea, que sunt ordinis, committere alteri habenti potestate exer-
cendi ea, que sunt ordinis.
- 11 Archiepiscopo cedenti Archiepiscopatu de licentia papæ potest prouide-
re de Episcopatu.
- 12 Electos in Archiepiscopos papa confirmat durante suspensione pa-
triarchæ.
- 13 Is, cuius culpa factæ sunt expensæ, potest conueniri pro recuperatione
earum.

C A P. PRIMVM.



Cum ex illo Patriar-
cha, qui
confirmatum in Archiepiscopum
transfert ad sedem Epi-
scopalem, ab Episcoporum con-
firmatione suspèditur. h. d. Et
diuiditur in quatuor partes.
In prima ponit translationem
episcoporum soli papæ compe-
tere. In secunda narrat factum
reprehensibile patriarchæ. In tertia respondet tacitæ que-

stio. In quarta poenam imponit. Secunda, ibi: Miramur.
Ter. ibi: Licet. Quarta, ibi: Ne igitur Casus liter. Antioche-
nus patriarcha quendam electum in Apamen. Archiepi-
scopum, cõfirmatum autoritate propria, sine licentia do-
mini papæ transtulit in Tripolitanam ecclesiam. peruenit
hoc ad notitiam domini papæ. Vnde scribit ipsi patriarchæ
dicens, quod ex illo generali priuilegio, quod dominus cõ-
cessit beato Petro, dum dixit: Tu es Petrus, & super hanc
petram, & c. & per eum ecclesiæ Romanæ indultum post-
modum instituta emanarunt, continentia maioris ecclesiæ
causas ad sedem apostolicam perferendas. Vnde transla-
tiones Episcoporum, & sedium mutationes ad sedem apo-
stolicam pertinere noscuntur, nec aliquid super his immu-
tari debet præter licentiam apostolicæ sedis, & ideo mul-
tum miratur papa, quare patriarcha dictu electum de ma-
iori ecclesia trãstulit ad minorem, ipsum de archiepare p-
sumens, quous n. nondum fuisset in archiepiscopu consecra-
tus: confirmatus tñ erat, & Archiepiscopalia ministraue-
rat quantum sibi licuit: sicut ipse asseruit dño Papæ se cõ-
firmasse Valinen. Ep̃m electum. ne ergo audacia perpetrã
di similia ceteris tribuatur, suspèdit ipsum a cõfirmatione
Ep̃orum. B. In tex. ibi: Priuilegio. supple. de quo h̃r Matth.
16. dum

A D D I T I O N E S.

- a Patriarcha. Pro intelligentia huius tex. & c. j. inf. de dilat. & aliorum est
sciendum, quod Patriarcha, Græca lingua interpretatur summus patrũ,
quia primum, id est post apostolicum locum tenet, ut dicitur in ca. cle-
ros. 2. 1. dist. & Patriarchatus est dignitas secundum glos. in capit. omnis
oppressus 2. q. 6. & glos. in cap. duo infra de offic. ordin. Sed an Patriar-
cha, & Primas sint idem, & videtur, quod sic. Nam glo. in cap. vrbes. 8. o.
dist. & glo. in dicto ca. duo, & 99. dist. in summa & c. prouincie,
dicunt, quod solũ est differentia verbalis, non realis, sicut inter pignus,
& hypothecam, ut in l. res hypothecæ. §. inter pignus. ff. de pign. sed cum
ueritas nominum arguat diuersitatem effectus. l. c. diem cõdicilli. C. de
cod. dic tu, quod proprie loquendo Patriarchæ sunt quatuor, & princi-
pales, scilicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, & Antiochenus,
de quo in hoc c. & Hierosolymitanus, de quibus omnibus in c. antiqua.
inf. de priuilegijs, & prædi. capitul. clericos, circa principium. Et hi qua-
tuor solum possunt crucem portare ante se ubique locorum præter quã
in vrbe Romana, vbi est papa, vel in præsentia Legati sedis apostolicæ,
vt no. i. c. j. vt li. pen. & d. c. antiqua, & cle. Archiepo. de priuilegijs. & ibi
Doctores. Primates aut proprie sunt alij minores, vt Aquileiensis, Grad-
ensis, Patriarcha Venetus, secundum gl. in uer. singulos, in c. in illis. 8. o. dif-
finita gl. in c. nulli Archiepi. 99. dist. & Toletanus, Cantuariensis, Bituri-
ensis, & similes, de quib. gl. in d. c. clericos, & hi uocantur proprie Prima-
tes, improprie tñ plerumque vocantur Patriarchæ, ut dicit Spe. in titu. de
dispensati. §. sunt quoque circa princ. De prærogatiua autem eorum, &
potestate, & qualiter puniunt, & puniuntur peccantes, & de plurib. per-
tinentibus ad hmõs Patriarchas, & primates, post Spec. in d. titul. & post
Card. in clem. in plerisque. de elec. Deo annuente, dicemus in d. c. duo. j.
de off. ord. ubi congruentius cadit. Calistus Amadeus.
¶ Tu adde plene per Card. Alex. in c. j. 100. dist. col. 2. in ver. secunda con-
clusio, ubi quæ sit differentia inter Patriarcham, & Primatem, & quot sint
Patriarchales sedes, & eorũ prærogatiua, vide per Bertha. de Fir. in tra.
de Episcopo, in prælu. & an Patriarchæ Cõstantinopolitanus, Antioche-
nus, Alexandrinus, Hierosolymitanus debeant præcedere Cardinales in
fessione in consistorio papæ, & quid in alijs minoribus. vide per Felyn.
in rub. de maior. & obed. circa prin. Domi. in c. quamquam. 2. q. 7. Et dũ
iste dixit esse inter patriarcham, & primatem differentiam verbalem tan-
tum, Dic tu & melius, esse inter eos differentiam, & in dignitate, & in of-
ficio, ut per Spec. plenil. in tit. de iur. iud. om. iud. §. j. ver. secundum cano-
nes. Ant. Franc. de Doctoribus. Zach.